



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

XVIII. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

DE EADEM RE.

Dialogus decimusoctavus.

B. N O N mihi videtur omnia Nicolai Pontificis capita quæ à Gratiano relata sunt Joannes Cochlæus collegisse. **A.** Quid ita? Habésne aliam meliorem collectionem? **B.** Nullam habeo. Sed ex his quæ à te dicta sunt elicio aliquot eum capita prætermisissè; ut de illis taceam quæ falsò Nicolao inscribuntur. **C.** Ex indice incertorum capitum à Petro Giacone missò poterunt fortassè alia inveniri. **A.** Rectè admones. Id à vobis alio die fieri potest. Sed nos priùs quod cœpimus peragamus. Caput primum tituli de pœnitentia apud Gratianum est inscriptum: *Nicolaus Frontario Archiepiscopo Burdegalensi.* In Pœnitentiali Romano nuper edito Nicolai tantùm nomen exstat, & plenius quædam scripta sunt. Quid aliud Romæ inventum est? **B.** Nihil aliud accepi. (1) Est igitur incertum, ut quod sequitur *De his verò qui pro criminibus a*, in quo has varias scripturas notant selecti viri. *revertuntur pro convertuntur, & regionis pro religionis.* **A.** Placent. (2) De tertio capite dicendum est, cujus initium *Interfectores b.* Id sumptum dicitur ex epistula missa Radulpho Bituricensi Archiepiscopo, ut Ivo *c* & Gratianus referunt. idémque est in libro Cæsaraugustano *d.* **B.** Hoc etiam

11. q. 2. c. 17.
De viro. Pœnitent. Roman.
tit. 8. c. 18.

a 26. q. 7. c.
3. De his.

b 33. q. 2. c. 5.
Interfectores,
c 170 lib. 7.
tit. 2. c. 2.
Panorm. &
par. 8. c. 125.
decret.
d Cæs. lib. 10.
c. 97.

caput incertum est. C. Quid est quod dicitur in hoc capite, *Beati Leonis Papæ XXV. regula decretalium*? A. Ex Corpore canonum discere id licet. Est autem in eo caput xxv, quod in libris Conciliorum est caput xxi, epistolæ xc. ad Rusticum Narbonensem, cujus initium: *In adolescentia e.* Capitis quarti initium est *Latorem f.* Inscriptio apud Burchardum g est: *Nicolaus Radoldo Episcopo sanctæ Argenteæ Retensis Ecclesiæ.* quod, licet sit in edito & in veteri libro, mendosum esse credimus, & scribendum: *Argentoratis Ecclesiæ.* Apud Ivonem h, est, *ad Radolphum.* cetera ut apud Burchardum. *Radoldo* est apud Anselmum i, *Rodolpho* in libro Tarraconensi k, *Raiholdo Episcopo sanctæ Ecclesiæ Argentoratis* apud Gratianum. *Rodolpho* placuit Cochlæo. Nihil mutant Demochares & Contius. Quid habeant selecti viri, à te audire aueo. B. Nihil inveni præter variam scripturam aliquot verborum. Caput quintum *Si quis cum duab. l* conjungitur superiori cum hac inscriptione: *Idem.* Apud Ivonem m ita inscriptum inuenio: *Nicolaus Carolo Archiepiscopo & ejus suffraganeis.* & in margine: *Idem habet Concilium Vormacien. cap. xxxiiii.* Id melius est quàm quod Cochlæus inscripsit: *Ad consulta Bulgarorum.* C. Idem error est qui in aliis deprehensus est, ut quæ Concilij Vormacienensis sint, dicantur esse Nicolai ad Carolum. A. De alio capite ejusdem Concilij Nicolao adscripto in tituli xix, censura videbimus. (3) Tituli

e c. 14. In adolescentia.

e. q. 2.

f c. 15. e. q.

Latorem.

g Burchard. lib. 6.

c. 46.

h Ivo par 10. cap. 73. decr.

i Anselm. lib. 11.

c. 50.

k Tarrac. lib.

1. c. 2, 4.

l c. 16. e. q. Si quis.

m Ivo par. 9.

c. 31. decr.

XIIX. de matrimonio capita novem sunt. Primi initium est *Sufficiat solus n.* quod sump- tum esse scimus ex capite tertio ad consulta Bulgarorum, licet apud Ivonem o aliam ha- beat inscriptionem, & in libro Cæsaraugu- stano. p. Nicolai tantum nomen habet apud Anselmum q & Gratianum. Verba Nicolai sunt hæc: *Sufficiat secundum leges solus eo- rum consensus de quorum conjunctionibus agi- tur. qui consensus si solus in nuptiis fortè de- fuerit, cetera omnia etiam cum ipso coitu ce- lebrata frustrantur.* De aliis verbis Nicolai aliud erit dicendi tempus. (4) Alterius ca- pitis, cujus initium est *Scriptis nobis r,* ins- criptio apud Gratianum & Anselmum s est: *Nicolaus Papa.* Apud Burchardum t addi- tur: *in epist. ad Carolum Regem.* item apud Ivonem u & in libro Cæsaraugustano x. Re- gem Francorum vocat Cochlæus. Alibi apud eundem Ivonem y inveni partem hujus capi- tis *Nam licet sit scriptum &c.* habere hanc inscriptionem: *Nicolaus ad Lotharium.* Apud Burchardum z quoque, licet sub eadem in- scriptione, aliis verbis junguntur hæc, quæ sunt longè à superioribus divisa. B. Ita est ut dicis. Namque apud Gratianum ex epi- stula ad Carolum Regem, cujus initium *Nunquam vel Nil aque,* sumitur prior pars ejus capituli; posterior verò ex epistula ad Lo- tharium Regem *Audito,* quæ in historia Re- ginonis etiam relata est. Et si quis attentè ver- ba consideret, videbit in priori parte Lotarij fieri mentionem, & in posteriori ad eundem

B b

n 27. q. 2. c.
2. Sufficiat.

o Ivolib. 6.
tit. 8. c. 6.
Panorm. &
par. 8. c. 17.
decr. & epist.
130. & 143.
& 241.
p Cæs lib. 10.
c. 27.
q Ansel. lib.
10. c. 30. in
Rom.

rc. 250. e. q.
Scriptis.
s Ansel lib 10.
c. 21.
t Burc. lib. 9.
c. 49.

u Ivolib. 6.
tit. 5. c. 3.
Panorm. &
par. 8. c. 128.
decret.
x Cæs. lib. 10.
c. 99.
y Ivo c. 9. e.
tit. 5. pan. &
c. 188. e. par.
8. d. c.
z Burc. d. lib.
9. c. 53.

verba illa dirigi, *mutuam separationem vestram prohibemus*. Initio pro *Theberga*, *Theberga* scribendum; & pro illis *se regia dignitate &c.* illic est *regia se velle exui dignitate seu copula*: & pro *esse contentum*, scribendum, *fore contentam*; & pro *elegerit*, *elegisset*. (5) A. Capitis tertij, cujus initium *Vbi non est*, inscriptionem non aliam inveni-

2 Ivo lib. 6.
rit. 11. c. 3.
Panor.
h 30. q. 2. c.
30.

c. c. 4. De des-
po. impu. in 1.
coll. c. 2. e. tit.
apud Greg.
IX.

d 30. q. 5. c.
3. Nostrate.
e Ivo lib. 6.
rit. 1. c. 9.

Panorm. &
par. 8. c. 6. dec.
f. Cæs. lib. 10.
6. 7.

g 32. q. 5. c.
22. Quid-
quid.

h Ivo par. 8.
c. 228. decret.

i Eph. 5.

k 33. q. 4. c.
11. Nec uxorem.

l Ivo lib. 6.
rit. 1. c. 3.

Panorm. &
par. 8. c. 47.
decret.

m Cæs. lib. 10.
c. 26.

quàm hanc *Nicolaus Papa*, apud *Ivonem* & *Gratianum* *b* & *Bernardum Papiensem* & *Raimundum*. Fontem tu nobis ostendes. *B*. Nili fontibus obscurior est. (6) A. Sequitur caput quartum *Nostrates tam mares*, quod est sumptum ex capite tertio ad consulta *Bulgarorum*. quod *Ivoni e* & *Gratiano* haud fuit ignotum. Idemque est in libro *Cæsaraugustano f*. Plura autem sunt in dicto capite tertio quàm in aliis collectionibus. (7)

Ex eisdem responsis ad consulta *Bulgarorum* cap. *xcv*. est caput sextum, cujus initium *Quidquid mulier*, ut etiam *Gratianus g* & *Ivo h* notant. Sed plenius in archetypo scriptum est. Sic enim illic est: *Quidquid mulier tua contra te cogitaverit aut fecerit, vel si te accusaverit &c.* Et in fine desiderantur hæc:

Qua est, Apostolo precipiente i, sicut à Christo Ecclesia diligenda &c. (8) Caput *ix*. *Nec uxorem ducere k* ex eisdem responsis est cap.

xlix. Sic etiam *Ivo l* & *Gratianus & liber Cæsaraugustanus m* inscripserunt. Scriptum autem illic est, *nullatenus arbitramur, pro ullo modo arbitrator.* (9) Redeo nunc ad caput quintum, cujus initium *Lotarius Rex*.

Id caput hanc inscriptionem habet apud Gratianum *n*: *Nicolaus Radualdo Portuensi & Joanni Sicoliensi Episcopis. Phicolensi pro Sicoliensi* est apud Ivonem *o*, *Ficulensi* in veteri Gratiani libro. Quid tu auxiliij adfers? B. Pro Joanni scribi posse *Haganoni*, ex Reginsonis Chronicis. Sic enim illic est: *Anno dominice incarnationis DCCCLXV. missi sunt Hagano & Rodoaldus apostolica sedis Legati in Galliam &c.* Quod verò dicitur, *Lotarius Rex in commonitorio profitetur*, mendosum esse putatur. Namque illud commonitorium non Regis fuit, sed Pontificis ad Regem. Itaque selecti viri putant ex inscriptione decidisse eam vocem, & post vocem *Episcopis* scribendum *in commonitorio*. & mox: *Lotarius Rex profitetur*. A. Ecclesie nomen mendosum videtur; & cetera incerta sunt. (10) Caput septimum, cujus initium *Hi qui matrimonium p*, ita inscripsit Gratianus: *Nicolaus ad Carolum Maguntien. Episcopum. Magun.* pro *Maguntien.* est apud Burchardum *q*, *Magontensem* apud Ivonem in Panormia *Maguntien.* in excerptionibus *r*. *Magnonensem* est in libro Tarraconensi *s*. At in Cæsaraugustano *t* & apud Anselmum *u*, Nicolai tantum nomen. Apud Cochlæum est: *Carolo Maguntinensi Archiepiscopo*. Fons est, *Interpres Iulij Pauli libro secundo sententiarum titulo XIX.* Est autem scribendum: *Si qui, non Hi qui.* (11) Caput octavum, cujus initium *Inter hæc*, hanc habet apud Gratianum inscriptionem: *Nicolaus Alvino Archiepiscopo*. Eadem est

n 51. q. 2. c. ult.

o Ivo par. 8. c. 334. decret.

p 32. q. 7. c. 25. Hi qui.

q Burch. lib. 9. c. 28.

r Ivo lib. 6.

tit. 6. c. 3.

Panorm. &

par. 8. cap.

166. decret.

s Tarr. lib. 1.

c. 233.

t Cas. lib. 10.

c. 75.

u Ansel. lib. 10.

c. 25.

33. q. 2. c. 6.

Inter hæc.

Ivo lib. 7. tit.
2. cap. 1. par.
& par. 8. cap.
333. decr.
x Idem d.
par. 8. c. 124.

apud Ivonem in utraque collectione. Sed alia quoque in excerptionibus x est: *Nicolaus Carolo Archiepiscopo & ejus suffraganeis*. De his inscriptionibus dictum est; & quædam capita in Vormaciensi Concilio inventa sunt. B. Ita est ut dicis. Hujus tamen capitis sententia illic non est. A. Est igitur in incertis numerandum. B. Ita planè existimo. (12)
A. De duobus reliquis titulis alio die agemus.

ADDITIONES.

(1) **G**RATIANI verba sunt in Romano libro ante caput 17. *De viro nefando*. 12. q. 2. *Nicolaus Papa definit scribens Frontario Archiepiscopo Burdegalensi*. In Notis est: *Caput hoc alibi non est inventum quàm in collectione canonum incerti auctoris*.

(2) Quod attinet ad caput 3. *De his verbis*. 26. q. 7. ejus inscriptio est in eodem libro: *Item Nicolaus Papa*. In margine est ad vocem *egerunt*, *Al. gerunt. aliquot manusc.* & ad vocem *religionis*, *al. regionis. aliquot manusc.*

(3) Hæc etiam inscriptio est, in eodem libro, capitis 5. *Interfectores*. 33. q. 2. *Vnde Nicolaus Papa scribit Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo*. In margine est: *Sent. 4. dist. 38. Ivo p. 8. c. 125. Pann. l. 7. c. 15. Ad verba, Leonis Papæ XXV. regula*, additur: *Infrà eadem, In adolescentia. Sent. ibid.* Et in Notis: *xxv.* Hoc eodem numero habetur in codice canonum inter decreta seu regulas Leonis. Capitis 14. *In adolescentia*. eadem quæstione inscriptio est: *Item Leo Papa ad Rusticum epistola 90. al. 92. c. 11.* Et capitis 15. *Latorum*. eadem quæstione hæc inscriptio est: *Item Nicolaus Papa Rhatoldo Episcopo sanctæ Ecclesiæ Argenteratensis*. In margine hæc sunt: *Al. Rodulpho. Polys. l. 6. tit. 10. Anselm. l. 11. c. 52. Burchard. l. 6. c. 48. Ivo p. 10. c. 137.* Et vers. *Si autem: Vide Rhenanum ad finem Tertulliani operum*. Ad vocem *conversionem* additur: *Al. conversationem*. In Notis est: *Penitentia*

titia parricidarum, qua hic precipitur, habetur in Concilio Vuormaciensi. c. 30. Capitis 16. Si quis cum duab. eadem quaestione pro inscriptione est vox Item. Et in margine: *Al. Idem. Et: In Concilio Vuormaciensi c. 33. idem habetur.* Et in Notis: Ivo citat hoc, quemadmodum & sequens, ex Nicolao ad Carolum Archiepiscopum & ejus suffraganeos. Idem verò habetur in Concilio Vuormaciensi c. 33. nisi quòd pro illis verbis, lapsa, ut fornicationis non perducatur ad chaos, in eo legitur, lapsa fornicationis, liceat.

(4) Ante caput secundum Sufficiat. 27. q. 2. in eodem libro hæc verba sunt: *Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum c. 3.* In margine est: *Sent. ibidem. (hoc est, Sent. 4. dist. 27.)* Et in Notis: *Emendatum est caput hoc ex ipsis Nicolai responsis.*

(5) Eadem quaestione, capitis 26. Romanis, Scripsit nobis Thietberga, in eodem libro inscriptio est: *Item Nicolaus Papa Carolo Regi.* In margine est: *Sent. ibidem. (hoc est, Sent. 4. dist. 27.)* *Ans. l. 10. c. 21. Burch. l. 9. c. 49. Ivo p. 8. c. 128. & 188. Pann. l. 6. c. 77.* Et in Notis: *Scripsit] Vsq. ad vers. (Scribe verb.) elegerit sunt ex epistola Nicolai primi Carolo Regi scripta, cujus initium est Nunquam dolorem, & extat in codice monasterij Dominicanorum. Nam licet] Hæc usque ad finem sunt ex epistola ejusdem Nicolai scripta Lothario, cujus initium est Auditoreverrente Misso nostro, & extat in eodem codice. Ante vers. Nam licet sit, additur: Et in altera epistola ad Lotharium Regem.*

(6) Gratianus ante verba capitis unici 30. q. 2. his verbis utitur: *Testatur hoc idem Nicolaus Papa dicens: Vbi non est &c.* In Notis: *Vtraque] Sic est emendatum ex plerisque vetustis, cum antea legeretur, alterutra. Vtriusque enim consensus necessarius est. Et postea: In Decretalibus tit. de desponsatione impub. c. 2. habetur initium hujus capitis; & adjiciuntur alia ex eo Nicolai rescripto. Consentiat] In vulgatis codicibus sequitur, nec est conjugium nisi sit consensus utriusque. quæ verba absunt à plerisque manuscriptis. In margine est: *Extra de despon. impub. c. 2. Pann. l. 6. c. 122. Capitis 2. Vbi non est, de despon. impub. in-**

scriptio est : *Nicolaus Papa*. In margine est : *Cap. 4. eo. tit. in 1. compil. Pannormia lib. 6. tit. II. c. 3. sive c. 122. Gratianus 3c. q. 2. c. Ubi non est.*

(7) Inscriptio capitis tertij *Nostrates*. 30. q. 5. in libro Romano hæc est : *Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum c. 3.* In margine est : *Ivo par. 8. c. 6. Pann. l. 6. c. 9.*

(8) Capitis 22. *Quidquid*. 32. q. 5. in eodem libro inscriptio est : *Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum c. 96.* In margine est : *Ivo par. 8. c. 228.* Et in *Notis* : *Qua est] Hæc usque ad finem addita sunt ex ipsius responsionibus.* In margine est : *Eph. 5.*

(9) Hæc etiam est in eodem libro inscriptio capitis II. *Nec uxorem*. 33. quaest. 4. *Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum c. 48.* Et in margine est : *Sent. ibidem (hoc est, Sent. 4. dist. 32.) Ivo p. 8. cap. 47. Pann. l. 6. c. 3.*

(10) Extremi capitis 31. q. 2. in eodem libro inscriptio est hæc : *Item Nicolaus Radoaldo Portuensi & Ioanni Ficolensi Episcopis : Lotharius Rex (in commonitorio) profitetur &c.* In margine est : *Ivo p. 8. c. 334.* Et in *Notis* : *In commonitorio] Hæc verba videntur accipienda quasi pro titulo, & sejuncta à ceteris, ut indicetur caput hoc sumptum esse ex commonitorio quod Nicolaus Legatis suis Rodoaldo Portuensi & Ioanni Ficolensi Episcopis dederit. Nam totius capituli verba sunt ipsius Nicolai Legatos monentis quomodo se in ea causa gerere debeant. Datum verò ab eo fuisse commonitorium his ipsis Legatis Nicolaus in epistola ad Episcopos in Convicinium congregatos in appendice bibliotheca sanctorum patrum testatur his verbis. Porrò quid de Lotharij &c. Cum nec etiam] Hæc verba non sunt hoc loco apud Ivonem; sed paulo superius, post illa verba admisisse se dicit, multa interjiciuntur, in quibus & hæc continentur, licet alio ordine. Sed ob glossam non est mutatum.*

(11) Ante caput 25. *Hi qui*. 32. q. 7. in eodem libro hæc verba sunt : *Item Nicolaus ad Carolum Moguntinensem Episcopum.* In margine est : *L. 2. sent. Paulli tit. 19. in interpretatione legis 4. in Co. Theod. Sent. 4. dist. 34. An. l. 10. c. 27. Burc. l. 2. c. 28.*

Pol. l. 6. tit. 4. Ivo par. 8. c. 166. Pann. l. 6. c. 93.
 Inscriptio capitis 26. Neque furiosus. eadem quaestione est: Item Fabianus Papa. In margine est: Paullus ibidem. Sent. ibid. Polyc. ibidem (scribe ibidem) Anselm. l. 10. c. 28. Bura. l. 9. c. 30. Ivo par. 8. c. 168. Pann. l. 6. c. 92.

(12) In eodem libro inscriptio capitis 6. Inter hæc. 33. q. 2. hæc est: Hinc idem Nicolaus scribit Albino Archiepiscopo. In margine hæc sunt: Sent. ibidem (hoc est, sent. 4. dist. 38) Polyc. l. 6. tit. 10. Ivo p. 8. c. 124. & 333. Pann. l. 7. c. 14. Vide dialogum 17. huius libri additione tertia.

DE EADEM RE.

Dialogus Decimusnonus.

A. U T suave est navigantibus, post varias multorum dierum agitationes, è longinquo portum videre, aut patriæ suæ mœnia atque turres adgnoscerè, sic mihi videor non injocundè portum videre post nostræ peregrinationis cursum atque sermonum quibus de Nicolai incertis capitibus egimus, cùm hodie undecim capitibus discussis, quæ reliqua sunt, finem facere licebit. Namque titulus XIX. de impedimentis matrimonij sex habet capita, XX. titulus de bellis quinque. Primum igitur caput prioris tituli, cujus principium est *Nosse desideras a*, ita inscribitur apud Gratianum *Nicolaus Salonitano Episcopo. Salomonitano* apud Ivonem *b* in Panormia edita, *Salemonio* in veteri & in excerptionibus. *Saleminio* est in libro Cæsaraugustano *c*. *Nicolaus ad Salemoniam* in Tarra-

a 30. q. 1. c. 3.
 Nosse.
 b Ivo lib. 6.
 tit. 11. c. 5.
 Pan. r. &
 par. 1. c. 136.
 dec.
 c C. c. f. lib. 10.
 c. 71.